DL
645
.7
.T4S9

Tegl og Teloût
ved
G. V. Sylvander.

THE LIBRARY OF CONGRESS
1800

Class DL645
Book .T4S9

Huitfeldt-Kaas Collection

Tegel et Celsius

disquisitio historico-literaria,

quam

Consent. Ampl. Facult. Philos. Lund.,

publ. prop.

GUSTAVUS VOLM. SYLVANDER,
Philos. Doctor,

Respondente

JOHANNE ALFR. PETERSSON,
Calmariense.

In Academia Carolina die x Junii MDCCCXLVI.
H. a. m. s.

P. I.

Lundæ,
typis Berlingianis.
MDCCCXLVI.

DL645
.7
T4S9

117174
'08.

Historiam *narrationem* tantum esse rerum, quæ a singulis populis gestæ memoria dignæ essent, diu plerique sunt opinati. Quæ quidem opinio non modo Græcis et Romanis probata fuit, sed ad nostrum usque sæculum XIX:um vim habuit maximam. Viri doctrina clarissimi V. Humboldt [1]), Hegel [2]) et Gervinus [3]) primi fuerunt, qui (a nobis cogniti) magnam illam vim Hi-

---

[1]) Für die menschliche Ansicht, welche die Plane der Weltregierung nicht unmittelbar erspähen, sondern sie nur an den Ideen erahnden kann, durch die sie sich offenbaren, ist daher alle *Geschichte nur Verwirklichung einer Idee,* und in der Idee liegt zugleich die Kraft und das Ziel. Das Ziel der Geschichte kann nur die Verwirklichung der durch die Menschheit darzustellenden Idee sein. W. von Humboldt Gesämtl. Werke 1 Band p. p. 23—24.

[2]) Die Weltgeschichte ist der vernünftige, nothwendige Gang des Geistes, dessen Natur zwar immer eine und dieselbe ist, aber in dem Weltdaseyn diese seine eine Natur explicirt. Philosophi d. Gesch. von Hegel p. 14. Inter hunc auctorem et clariss. nostrum E. S. Bring ea convenire, quæ de historia vere æstimanda sunt disputata, videre licet ex operis, quod inscribitur "*Tidens frågor,*" particula 1:a p. p. 54—65.

[3]) Die Ideen begleiten unsichtbar die Begebenheiten und äusseren Erscheinungen, *durchdringen und gestalten innerlich die ganze Geschichte.* Grundzüge der Historik p. 66. Gerwinus.

convenientia res commemoratas illustraret et quasi vivas ante oculos poneret; quo factum est, ut historiam in numerum artium illi referrent, eamque ad artis formam tractarent, non aliter ac sculptores materiem formant; ut enim "*Res gestæ*" materias rudes præbuerunt, ita "*earum narratio*" ipsam imaginem refinxit.

Res, si ita æstimata fuerit, duplicem historiæ scribendæ rationem offert: alteram, quæ *in Historia Artem,* alteram, quæ *doctrinam* ponit. Id, quod historiæ tamquam Arti in primis erat propositum, in eo vertebatur, quod jam supra est allatum, ut externam quandam convenientiam plurimæ variæque res obtinerent. Quod quidem genus historiæ plures habet partes, quæ, perpolitæ annis volventibus, summæ elegantiæ exempla proponunt. Partes vero, de quibus jam disputamus, quæ, dum Ars historiam perfecit, observandæ videntur, sunt *Annales, Chronica, les Memoires* et *Historia pragmatica. Historia illa pragmatica,* quæ fructum tulit jucundissimum Artis historicæ, inter Græcos et Romanos ipsa illa convenientia dramatica et concinnitate in rebus et hominibus apte jungendis elegantissime fuit consummata et absoluta.

Ineunte sæculo XVII (v. Walcher Gesch. Litt. pars IV) Chronica illa inter Nationes Germanas evanescere cœpta sunt, quo facto historia quædam pragmatica, cui subjecta erant exempla Græca atque Romana, recens revocatis ad vigorem literis antiquitatis sæcc. XV et XVI:mo, nasci et excoli est cœpta, quæ historia sæc. XVIII ad summam talem perfectionem, qualem tempore recentiore augurari licuerit, est evecta; in hac enim

tanta rerum gestarum copia et variatione, cum dispares sunt omnes colores vitæ atque conditionis politicæ, quibus moventur populi Germanici, Christianismum confitentes, fieri non potest, ut omnia in unum hominem, aut in unam rem contrahantur, quare concinne illa limata et pressa oratio, quæ est exemplorum a Græcis et Romanis relictorum admitti posthac non poterit [1]). Philosophiâ autem speculativa, a doctoribus clarissimis Schelling et Hegel subtilius explicata, ambitus historiæ homini latius patere incepit, et ejus investigandæ atque pertractandæ nova via est strata.

Quæ quidem via eo ducit, ut in historia pertractanda *scientiam atque doctrinam ponamus*, cujusmodi ratio, more doctorum, historiam tractandi (Vetenskaplig behandling) huc usque non nisi a Germanis, imprimis ab Herder, Schlegel et Hegel est adhibita. Anglia enim et Gallia, quamquam claris scriptoribus historiæ non carent, eos tantum crearunt historicos, qui res gestas commemorarent, nullos autem, qui sagacitate et acumine ingenii vim atque ambitum historiæ describerent, disci-

---

[1]) Hos de Gamle, der aldrig kunde hæwe sig til en philosophisk Hisoriskriwning, war det en Grundsætning at Historien maatte wære et Kunstwerk og Lucian synes i sin Avhandling om "hworledes Historien bör skrives" netop at gjöre samme fordringer til en Historieskriver, som overhoved bör gjöres till en anden Kunstner, bearbeide, som Praxiteles, Phidias etc. sit Stof med Skjönheden for Öiene. De enskilte Gestalter framtræde der (Herodotus) med plastisk Fylde, deres Stilling og Gruppering vilde hawe gjort en Phideas Ære. Bem. om Historiskr. Udwikl. p. p. 17—18.

plinam ejusdem sapientius elaborantes. A tribus viris prudentissimis et acutissimis, ut alios omittam, hoc in Germania factum est. Inter quos, dum alius aliud dividendi principium sequitur, hoc tamen convenire videtur, quod singuli ad priora duo genera conjunctim referunt eosdem auctores historicos; et tertio, ab his sejuncto, eosdem comprehendunt. Quum duo illa genera in unum genus cum specie sua coguntur, non possumus quin existimemus eos, de quibus supra est dictum, in duo genera principalia *omnes* historiæ auctores retulisse. Quæ quidem duo genera principalia sunt eadem quæ supra nominata voluimus: Historia ut quidem *ars,* et Historia ut *disciplina* tractata.

Quas historiographiæ divisiones, quia nostro judicio favere videntur, exponere jam placet. Schelling in "*Vorlesung über das academ: Studium*" Historiographiam ita dividit, ut illam nominet *Empiricam, Pragmaticam* atque *Artem,* quam dicit *historicam,* quarum *prima* illa tantum *repetit et exponit res gestas,* neglecta quacumque conditione hominis agentis subjectiva. Huc *annales* et *chronica* referenda ei videntur. Genus autem *secundum,* auctore illo, in exponendis *Materiis Empiricis,* ex certo quodam *agentis* consilio *subjectivo,* continetur; *tertium* vero, idemque absolutum, res gestas exponendo refert ad *Ideam divini cujusdam Consilii* [1]).

---

[1]) Erst dann erhält die Geschichte ihre Vollendung für die Vernunft, wenn die Empirischen Ursachen, indem sie *den Verstand* befriedigen, als Werkzeuge und Mittel der *Erscheinung einer höheren Nothwendigkeit* gebraucht werden. Schelling

Sapiens ille Hegel, cui E. S. Bring accedit, Historiam item dividit in "*Primitivam*," "*Reflectentem*" et *Philosophicam*, quarum prior commemorat res gestas aut scriptoris ætate, aut temporis momento ante ipsius ætatem haud procul remoto, quam scribendi rationem, ut alios omittam, secuti sunt Herodotus, Thucydides; alterum vero genus "*Reflectens*" iis placet historicis, qui, tempore posteriore res superioris temporis acriori judicio æstimantes, narrationes suas judicio mentis ipsorum *reflectentis* afficiunt (Historia critica, Pragmatica). Genus tertium sive *rationale* atque *meditans* historiam tractandi in eo est positum, ut omnia ad *Ideam* illam referantur, quæ appareat in historia universali, h. e. ad Consilium illud Divinum, quod in ea manifestatur [1]).

Gervinus autem historiam disponit in *Objectivam*, *Subjectivam* et *philosophicam*, quarum partium illa res modo exponit, quales vere factæ sunt, nullis earum caussis explicatis, aut subjectivis observationibus notatis, quo referuntur Annales atque Chronica. Alterum historiæ genus rerum caussas efficientes exponit, si qui-

---

Zehnte Vorlesung: über das Akadem. Studium pag. 284 (Ups.) Der höchste Standpunkt der Geschichte ist derjenige, in welchem die ganze Geschichte als Werk der Vorsehung begriffen wird. Schelling ibidem pag. 280.

[1]) Wir haben in der Geschichte *die Wege der Vorsehung die Mittel und Erscheinungen, die Idée des Geistes in der Wirklichkeit,* als eine Reihe äusserlicher Gestalten, deren jede sich als wirklich existirendes Volk kund giebt, zu erkennen. Philosoph. der Gesch. af Hegel pag. 18 et 98.

dem in homine historico requiruntur, ipsis tamen factis nec acute observatis, nec accurate explicatis aut redditis, sed annexis judiciis, observationibus et præceptis subjectivis, quod genus complectitur "*les memoires*" et "*historiam pragmaticam*" [1]). Tertium vero genus *ideam rerum humanarum,* vel si mavis, *Rationem divinam* rerum apparentium, "die reine Gestalt des Geschehenden" exponit [2]).

Rem-universam ut contuendam oculis subjiciamus, comparare liceat divisiones illas, quæ, quamquam dissimiles videntur, vere tamen invicem concinunt.

Cl. I. amplectitur Historiam arte fingendam.

Schelling:	Historia Empirica	Annales et Chronica, Historia	Didactica	Memoires et H. pragm.
Gervinus:	— Objectiva		Subjectiva	
Hegel:	— Primitiva	Annales, Chronica, historia pragm., ætatem scriptoris complectens.	Reflectens	Pragmatica ante ætatem historici.

---

[1]) Das Erzählen vergangener Dinge war die Sache der Annalen, ihre Besprechung ist die Sache der Denkschrift *(memoir)*; jene gaben Handlungen in einfachen Berichte ohne Motive, diese nur Motive mit blosser Andeutung und Erinnerung an die Begebenheiten. Gervinus pag. 35.

[2]) Historiker (philosophicher oder denkender) die reine Gestalt des Geschehender erkennen soll lernen, um aus dem anhängenden Zufälligkeiten das Wahrhaft Wichtige Kühn und sicher herauszuheben. Wichtig aber ist in der Geschichte, was sich einer historichen Idée anschliesst. Dann versteht der Historiker das nothwendige in einer gegebenen Reihe von Thatsachen zu erkennen. Gervinus pag. 65 et 33.

Cl. II. amplectitur Historiam doctrina absolvendam.

Schelling:	Ars historica (historische Kunst.)	Historia ad ideam consilii divini explicata.
Gervinus:	Historia sapientius tractata	
Hegel:	— intelligenter tractata	

Hac comparatione instituta, si singularum partium materias spectamus, in eo singulas convenire videbimus, quod eadem momenta progressionis historiæ præcipue amplectuntur, vel ut cl. Humboldt: "easdem, inquit, historiæ efficientes caussas." Historia enim in arena actionum, vel, ut aliis verbis utamur, Intellectus realis, quæ in factis hominum tantummodo versatur, non progreditur, nisi progrediente ipsa humanitate ad libertatem per se veram suique consciam [1]).

In intellectu illo æterno vel Libertate sui conscia, principium progressionis humanæ contineri, quis non videt? Caussæ autem, quibus hoc efficitur, in historia sunt vel *externæ et fortuitæ,* quæ in natura rerum hominumque cum ipsorum voluntate, cupiditatibus, affectionibus, studiis atque consiliis continentur, [2]) vel *internæ et necessariæ* = ideæ illæ æternæ [3]), quæ *propter necessitatem naturæ* ipsarum manifestationem vel figuram quandam formamque in historia requirunt. Quæ quidem ideæ *momenta* sunt, quibus principium liberæ personæ (principium libertatis cuique debitæ) evolvitur atque pro-

---

[1]) Die Geschichte ist die des Menschens . . Hegel.

[2]) Philos. der Gesch. af Hegel pag. 26, 28 et 32.

[3]) Vide W. v. Humboldt dicentem de "*die wirkende und schaffenden Kräfte in der Geschichte.*" Sämtliche Werke pars 1:ma pag. 20.

greditur, et tamquam gradus, quibus ipsum illud genus libertatis ad veram atque objectivam libertatem evehitur [1]). In Historia externas et fortuitas caussas si tantum quæris, eam Annalibus, Chronicis atque historia pragmatica totam contineri videbis, causas autem internas atque necessarias si investigas, *intelligentem* historiæ tractandæ *rationem* cernere tibi continget. — Inter Schelling, Gervinum et Hegel igitur hoc convenit, quod scriptores, qui in historia externum quoddam et fortuitum tantum quæsiverint, ab his distinguuntur, qui in historia vim quandam internam atque necessariam exposuerint, quorum illi artis, hi vero scientiæ atque doctrinæ rationem in historia tractanda secuti sunt. Hæc duo genera, quorum alterum ab altero est omnino diversum, duo constituunt momenta, eademque maxima, quæ historiam perficiendam complectuntur. Auctores illos, de quibus jam disputare est propositum, qui res historiæ externas et fortuitas solum pertractarunt, locum tenere inter historicos 1:mæ classis h. e. *qui historiam ut artem* tractarunt, per se patet. Utriusque autem natura cum maxime sit dissimilis, ut indolem utriusque verius æstimemus, præcipuum illud discrimen nobis est investigandum, quod singulas, de quibus jam agitur, variasque auctorum species hoc in genere distinguat eisque sit subjectum.

---

[1]) Die Weltgeschichte stellt nun den *Stufengang* der Entwickelung des princips, dessen *Gehalt* das Bewustseyn der Freiheit ist, dar. Die Gestaltungen dieser *Stufen* sind die Welthistorische Volkgeister, die Bestimtheit ihres sittlichen Lebens ihrer Verfassung etc. Philos. d. Gesch. pag. 66—70.

Annalium igitur scriptor, sive Empiricus, sive Objectivus, seu Primitivus appellatur, res gestas tantum commemorat quales aut ipse conspexerit, aut ab aliis traditas audiverit. Quæ declinationem quandam ipsi afferre visa sunt, vel sua interesse, ea historiæ subjicit, non curans, utrum historiæ nihili, an plurimi illa sint æstimanda; in hoc scriptore *res gestae homini agenti* anteponuntur, quare de actionibus ipse non judicat. Scriptor igitur Annalium res plurimas, quam maxime dissimiles variasque, serie continua complecti et, ut ordinem chronologicum servet, actiones, quæ vere connexæ sunt, sejungere, resque, *die* quoque vel *anno* gestas, decurtatas abrupte referre potest = (diaria, Annales) [1]. Hic igitur scriptor, quamquam historiam tantum judicat esse seriem rerum, tempore fortuito et incerto continuatam, silva tamen rerum atque apparatus, quæ annalibus aperiuntur, magnam eamque necessariam partem historiæ constituit. "Die Chronik —inquit Gervinus— ist die Fundamentalform aller Geschichtschreibung, wie das Epos in der Poesie; sie ist als Ueberlieferin des historischen Materials unter jeden Gestalt Hauptsache gewesen. Sie ist der Kern und das Knockhengerüste aller Geschichte" etc.

Ab hoc auctore scriptor pragmaticus diversus eo

---

[1]) In ihrer reisten Gestalt gedacht zeichnet die Chronik von Tag zu Tag oder von Jahr zu Jahr eine Begebenheit nach der anderen auf, um gefällige Darstellung und inneren zusammenhang unbekümmert. Die Annalen halten sich daher mehr an Begebenheiten, als an Personen; mehr an das äussere Thun, als die inneren Absichten. Gervinus, Grundz. der Hist. p. 24.

nititur, ut convenientiam unitatemque historiæ subjiciat; convenientia vero, cui studet, fortuita solum est atque externa [1]). In eo enim studium hujus versatur, ut in historia rerum quandam *rationem* investiget eam ob caussam, quod fortunæ temerariæ res non committat; quam rationem opinatur ex hominis natura psychica investigare se posse, quippe quæ, dum est vehiculum divinum, quo consilia divina in rerum universitate ad rem veritatemque traducantur, non nisi externas fortuitasque rerum caussas ponit [2]). Appetitus igitur hominis fortuitos, affectus et consilia subjectiva occultas omnium, quæ aguntur, caussas esse, talis scriptor opinatur; et quia eadem semper est hominis natura, mutationes, quas historia continuo exponit, nihil vere novi afferre ei videntur. Idem jam opinatus est Thucydides, qui existimaret historiam per orbem tamquam volvere res omnino easdem, quia, ut ille judicavit, eisdem animi affectionibus homo perpetuo incitatur [3]). Quam ab caussam Scriptor pragmaticus in eo versatur, ut ad naturam hominis psychicam omnium rerum gestarum caussam referat, et Heroi suo historico laudi aut vitio tribuat om-

---

[1]) Durch sein Concentriren af einen kleinen Zeitrarum, auf einen bestimmten Gesichtskreis erhält sein Werk leicht das Geschlossene und Einheitliche, was der Chronik naturlich felt. Gervinus, Grundz. der Hist. pag. 37.

[2]) Die Weltgeschichte auf dem *geistigen Boden* vorgeht; der subjective Wille, die Leidenschaft ist das *Bethädigende, Verwirklichende; die Idée ist das Innere.* Philosophie der Gesch. von Hegel pag. 21 et 48.

[3]) Creutzer, die historiche Kunst der Griechen.

nes mutationes vicesque factas, si hic fortuitas rerum causas, nullius interventu, per se vel minime ipse attigerit. Ita videre licet res levissimas in virum clarissimum sæpissime transferri, eique tribui, ea sola caussa, ut hujus voluntati, consiliis studiisque res gestæ, quarum ratio ei sit tribuenda, annectantur. Indoles vero propria hujus personæ, quam describendam velit, ut magis perspicua splendensque oculis intuentis subeat, orationes finguntur et narrationi inseruntur, quæ, quamquam more Rhetorum et ingenio sæculi eleganter ornatæ, indoli tamen hominis describendi atque conditioni rerum civilium apte adcommodatæ in os ejus ingeruntur, quod quidem Herodotus, Livius et alii plures fecerunt. Res, quæ ad eximiam illam imaginem, quam historicus a priori jam sibi finxerat, referri non possunt, silentio omnino teguntur, si quidem commentariis quibusdam non possint componi et temperari, (vide Schiern Bemærkn. om Historiskriwn. Udvikl.). Ad hoc genus historiæ tractandæ *Reflectens* illud atque *Docens* accedit, quo genere Auctor studet, ut præceptis, quorum exempla clarissimi viri descripti exhibeant, homines historice instituat, et, tamquam ex superiore loco res intuens, judicio suo sæculum, homines privatos populosque probet aut vituperet [1]). Quo historia pragmatica inter Romanos a Livio [2]); et inter Græcos a Polybio

---

[1]) Bring: "*Tidens Frågor*" pars 1:ma.

[2]) Livium quidem vere pragmatice historiam comprehendisse, idque aperte esse confessum, perspicuum est exiis, quibus Opus suum præfatur: "Hoc est præcipue in cognitione rerum salubre

flexa est, quorum in hoc exemplum illud patet, quod auctores clarissimi sæc. XVIII Hume, Gibbon, Robertsson, Schlösser, Spittler aliique opera sua elegantissime, varia fide historica sribentes, sibi proposuerunt.

Inter Scriptores Annalium in Svecia Ericus Georgii Tegel primum locum tenet. Filius famosissimi et infelicissimi istius Georgii Petri Salamontani, qui sub fine imperii Gustavi 1:mi rempublicam capessivit, cujusque deinde consiliis atque amicitia Ericus ille longe infelicissimus est usus, odio omnium adversus patrem concitato, cogebatur, patria relicta, Germaniam occulte petere, cujus in Academiis studia literarum persecutus, nomine peregre commutato Sveciam furtim idem revisit. A Duce Carolo munere quodam statim ornatus, pluribus deinde gravioribus officiis adjunctus est, quorum referre licet legationem ejus in Hispaniam 1593, Poloniam anno sequente et Daniam 1596, ut, nomine Caroli, sollemnia coronandi Christiani IV:ti Havniæ celebraret. Ultima hac Legatione in Chronicon Reg. Cancellarii Dan. Arilii Hvitfeldii oculos convertere ei licuit, quod opus ante annos 40:a jam editum in Sveciam reportavit. Chronicon autem illud a Carolo IX:no mutuum petitum et perlectum ita æstimabatur, ut probare hic vellet "*Sin salighe herr Fadhers handlingar och Svenska "saakher theruthi icke vara alle riktighe ok rätt inför-"dhe; uthan een deel medh sanninghen icke komma öf-*

---

ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque reipublicæ, quod imitere capias, inde fœdum inceptu, fœdum exitu, quod vites.

"*fereens,*" quæ verba, ut quid valerent, Tegel in "*epistola dedicatoria*" refert ad caussas, quibus motus historiam Gustavianam rescriberet. Munus igitur hujus historiæ scribendæ et accuratius explicandæ Scriptori, de quo jam disputatur, fuit injunctum, quo munere ut bene fungeretur, res caussasque melius edocebatur Tegel a Carolo, cujus opera atque studio, quantum otium concederet, ille usus est in manuscripto corrigendo atque augendo. Historia Auctoris nostri eo itaque spectare debuit, ut narrationes Hvitfeldii pravas, vel in alteram partem inclinantes, refutaret, quod scribendi consilium ita perfecit, ut plenam historiam magni illius Regis absolveret, sequens, ut ipse confitetur verbis allatis, "*the skreffne högbem:te Konunghs Chröniker, som "hoos månge här i Riiket, fast ofullkomligha funnes, eff-"ter the förnemligaste handlingar ok acter woore meeren-"deels i theem utelåtne ok ganska litet antecknadt aff "theet, som skeet ok händt var i H. K. M:ts Regements-"åhr.*" Per multa autem et varia negotia, in civitate ei mandata, in hac historia tantum temporis consumendi, quantum par erat, non concedebatur; unde factum est, ut opus illud nihil fere comprehendat, nisi quod in Chronicis Petri Nigri, Erasmi Ludovici, Erasmi Caroli, Petri Brahe senioris et collectionibus Archivi Regni jam esset collectum, quod ipse quidem his verbis confitetur, "*jag utdroogh, sammansankadhe ok författade thenna historien.*" Nullo autem loco Tegel confitetur, se fere in omnibus locis vel ipsa verba Hvitfeldii accurate secutum esse, cujus ad rationem historias Fredrici I:mi et Christiani III:tii partiendi opus suum in duas partes

descripsit, quarum altera, regnante Frederico, ad annum 1533, altera vero, regnante Christiano, historiam Gustavi 1:mi complectitur. Quæ partitio Hvitfeldianæ illi ita accurate est adcommodata, ut res anno ultimo gestas ille non omnes exponat, vel totas absolvat, eam ob caussam, quia pars prior historiæ determinata ab eo est ipso temporis momento die 3:tio Apr., quo Fredricus diem obiit supremum, quod quidem momentum partem primam historiæ Hvitfeldii absolvit; quo factum est, ut *narrationem Machinationum Lübeciensium susceptam derimens non persequeretur,* et eam ulterius persequendam in fronte partis posterioris exponeret. Historiam Hvitfeldii secutus, quæ in illa a Chronicis Svecanis occurrunt diversa, prætermisit, caussis atque argumentis ab ipso non expositis; quare in Hvitfeldio refutando nulla apparet Scriptoris nostri certa vel critica argumentatio, qua, ut opinatur, Hvitfeldium errasse probare potuerit, sed tantum judicio Hvitfeldii suum ipsius non concinere et potius narrationibus Svecanis temere ipsum adhærere, easque interpretari, sive scriptis, sive monumentis atque fabulis traditis cognoscantur. Historiam igitur Hvitfeldii pressis vestigiis sequitur Tegel, non solum in modo narrandi et oratione disponenda, sed etiam in rebus ipsis enarratis, quæ a Chronicis Svecanis non dissentiant; hæc enim, ubi sunt ab illa historia diversa, semper ille probat, argumenta atque caussas tamen non exponens cur illi hæc anteponat. Neque vero per Censuram Caroli auctori nostro copia libere scribendi concessa fuit, opus enim Tegelianum cum componeretur, acriter a Carolo observatum est, quod ab auctore ipso

his verbis confirmatur: "Moste jagh sanninghen bekänna, "att när jagh på henne (Historien) arbetade, mondhe "E. K. M:ts höglofligheu salighe käre herr Fadher offta "henne fordra, för sig tagha ok *emendera,* så att then "medh rätta väl må kallas Kongl. Maj:ts eget verk." — Formam Annalium totam sibi vindicavit Historia, quam Tegel conscripsit. Genere enim scribendi, quo usus est, plane et distincte res quotannis gestas simpliciter enarravit, hac in re imitans exemplum, quod sibi proposuerat Hvitfeldii. Seriem chronologicam accurate continuat servatque. Narrationes rerum finibus unius anni includuntur tali modo, ut annis singulis res singulæ, nisi intra eundem annum sint gestæ et confectæ, abrumpantur, et anni singuli novam admittant historiæ sectionem. Quo in genere Tegel distat a Celsio; hic enim *rebus repetendis* existimabat se causas earumque conspectum pragmatice proponere posse. Tegel igitur res jam commemoratas earumque principia nullo modo repetit vel requirit, ut caussas earum pragmatice declaret aut conspectum totius rei oculis subjiciat; quare more pragmaticorum Tegel narrationes vel argumenta ad locos superiores numquam refert, neque de rebus personæ agentis quidquam opinatur aut judicat. Simpliciter narrando res quam maxime diversas, quas in opere suo persecutus est, oculis nostris subjicit levissimas illas cum gravissimis collatas, quippe quæ ipsi et ætati ipsius gravissimæ viderentur. Est igitur omnis ejus electio non nisi *subjectiva.* Tegel itaque ne minime quidem distinguit res gestas fortuitas et singulares a necessariis et universis. Ita ex gr. Ratio reddenda pacificationis cum

Tegel et Celsius

disquisitio historico-literaria,

quam

Consent. Ampl. Facult. Philos. Lund.,

publ. prop.

GUSTAVUS VOLM. SYLVANDER,
Philos. Doctor,

Respondente

A. FREDRICO LINDEGREN,
Blekingo.

In Academia Carolina die x Junii MDCCCXLVI.
H. a. m. s.

P. II.

Lundæ,
typis Berlingianis.
MDCCCXLVI.

Russia anno 1547 ab eo concisa et abrupta est, ut hanc levissimam rem, quæ Historiam Gustavi ne minime quidem tangit, in medium proferret: "*Thetta åhret 1547* "*bleff fru Anna Herr Lars Siggessons, Marskens, hus-* "*fru dödh pingestdagha, thesslikes Fru Hellevi, Arvid* "*Trolles husfru på Engsö.*"

Quo modo etiam in parte 2:da p. 274 catena orationis est fracta verbis istis "*såsom härefter vidhare skall formält wardha,*" neglecta omni memoria, qua Populums Svecanum affici debuit lite illa vehementissima, quæ inter Svecos et Danos nondum erat composita de insignibus gentilitiis *trium coronarum,* quod ea tantum caussa neglectum ab eo est, ut de minutiis istis garriret: "*Andhræ Söndagh näst effter Michaelis dagh stodh Herr* "*Sten Ericsons Bröllop med Jungfru Ebba Herr Måns* "*Bryntessons dotter och gaff henne i morgongåfva 1000* "*mark silfver.*"

Ita etiam tot tantasque res Oeconomiæ et mercaturæ, a Rege Gustavo institutas, e serie narrationis historicæ distraxit, ut enarraret, quod Historiæ Svecanæ minime erat æstimandum, ejusque studio maxime abalienatum, "*then 20 dagh Maji 1550 mondhe Konung* "*Gustafs Öfverste Cammar-Råd Nils Persson till Åkerö* "*kullsegla sigh på Bråviken ok drunknadhe uthan för* "*Svintuna Bygdhen meed een hans tjenare och tree bön-* "*der och kom allenast en Bondedrengh i land leffwan-* "*des, men Nils Perssons lekamen bleff nie dygn ther-* "*effter funnen och sedhan begraffwen.*"

Antiqua ista Gothorum origo, quæ ab omnibus huc usque plurimi æstimabatur, multoque magis, ut opinio

fuit, testimonio historiæ Johannis Magni confirmata, quippe quæ auspiciis scientiæ doctrinæque et genealogiæ regiæ inde a tempore Japhetis prodiret, hujus temporis studio, tamquam Palladium populi peculiare, religiose colebatur; qua in re Olaus Petri a reliquis dissentiens iram vehementissimam Gustavi in se concitavit. Quam ipsam opinionem adspernari Tegelius nec voluit neque ausus est. Quod autem animo sibi hoc tempore finxerat Sveciæ illam vetustatem, tantam habuit vim in animos populi impellendos, ut, in coronatione regis Gustavi Adolphi, equites, ludos equestres celebraturi, in arenam descenderent, caussam Sveciæ antiquissimæ eo defensuri, quod gens illa Gothorum, per orbem nobilitata, originem e Svecia duxisset. Gustavum primum itaque numero 143:o Tegel habet a Magoge principe generis Gothicæ existimato et filio Japhetis; quo factum est, ut, regi cuique annis 25 adnumeratis, annos 3000 ante Chr. antiquitas Sveciæ superet. Ex fontibus patriæ hauriens Catalogum Regum Sveciæ sequitur Tegel, ita vero ab his digrediens, ut, in genealogia Gustavi exponenda, inter Christianos Reges Sveciæ Stenchillus quidam "*Secundus*" anno 1054 ordinem habeat 4:m. In Catalogis autem Regum omnibus, a Celeb. Fant in opere, quod inscribitur "Scriptores rerum Svecicarum" traditis, non nisi unus Stenchillus commemoratur, qui quidem Stenchillus in Catalogis 4:o, 5:to et 6:to atque in vetere Chronicō prosaico inter Reges Christianos *quintus*, in 7:mo autem, 8:o et 9:no *Secundus* numeratur. Hi autem Catalogi, quia latine sunt conscripti, et hac lingua Stenchillus numeratur "*Secun*"

dus", eam, ut videtur, attulerunt verbi ambiguitatem, ut, illa ductus Tegelius, vocabulo adjectivo *secundi* ordinem regum, quibus fuisset nomen Stenchillus, non vero ordinem regum Christianorum expositum crederet, quod ex ipsa serie orationis apparet. In hac enim scripta hæc leguntur: "Olaus primus, Stenchillus secundus, Halstanus tertius" etc. Nec vero *Johannes Magnus* plures Reges nomine Stenchilli sibi habet cognitos quam illum, qui "*Olavi Skötkonung ex sorore nepos*", auctore illo, pag. 672 dicitur, et *secundus* ab illo Olavo ordine appellatur.

Quæ quidem Tegelii ratio scriptores antecedentes compilandi, nullo rerum instituto examine, maxime est conspicua in singulis Annalium Scriptoribus eisque propria. Opera enim, quæ historiæ scribendæ, siquidem sufficiunt, accommodata volunt scriptores annalium, non nisi compilando investigant aut persequuntur, scriptis aliorum neque comparatis, neque veritate narrationum diversarum accuratius explorata vel disquisita. Scriptor quicunque Annalium si aut *eodem* tempore, aut paullo post *illud* vixerit, quod oculis hominum subjiciendum sibi proposuit, fabulas et ore traditas narrationes potius, quam testimonia scripta sequitur, ita ut fabula, puero enarrata, scriptori vera historia videatur. Ita enim res se habet, ut sonis discrepantibus auris facillime imbuatur; qualis est ratio scriptoris, qui fabulis ipsa institutione puerili adhærens, incredibile illud, quod in fabulis fidem superat, vere factum existimat. Quo causæ explicari possunt, quibus motus Tegelius noster verba narrationum Hvitfeldii fere secutus, quibus commemo-

rantur res Sveciæ, in quibusdam enarrandis sententiam atque judicium Hvitfeldii omnino impugnet. Observandum autem videtur Hvitfeldium extra regnum, in quo creditæ et pervulgatæ erant fabulæ illæ, Tegelium vero in ipsa regione, qua erant procreatæ et floruerunt, vitam egisse. Rebus atque conditioni Gustavi I:mi Hvitfeldius *Danus* favere non poterat. *Fautori* familiæ Reg. Holsatiæ causam Christiani nullo modo defendere placebat, quo factum est, ut res, quæ historiam Gustavi I:mi attingerent, liberius atque sine studio partium exponere ille posset. Tegelius autem *Svecus,* a filio Gustavi acerbo attente observatus, non potuit quin res distortis oculis intueretur. Neque vero prætereundum videtur, nostrum auctorem ab illo Rege, cujus historiam perscriberet, sejunctum fuisse toto sæculo, quo temporis spatio fabularum narrationes latius patere coeperant. Ut ea, quæ jam a nobis sunt observata, illustremus atque confirmemus, unum exemplum, ceteris omissis, afferre liceat: Hvitfeldius historiæ pagina 1116 commemorans recognitionem atque numerum exercitus Svecani ad ædem Romfertuna d. 23 Apr. 1521 a Gustavo congesti, prius quam Arosiam peteret, hunc numerum dicit 5000 æquasse, cum tamen hic numerus in historia Tegelii 15000 æqualis pag. 16 partis I:mæ censetur. Numerum autem prius allatum Tegel ipse eo edicto confirmat, quod in serie narrationis pag. 59-70 expositum inscribitur "*Utskrifvelse*", quod edictum a senatu Regni anno 1523 in omnes Civitates Europæ emittebatur. In quo edicto numerus citatur a Senatu Regni "*till några tusende Dalekarlar*", quibus verbis apparet, Tegelium

non modo non sibi consentire, sed etiam narrationes Hvitfeldii, oppositas Tegelianis, vere confirmare. Quod si recordamur provinciam Dalekarliæ, quamvis vastam, sterilem esse atque infrequentem, et numerum incolarum bello annorum 70:ginta et calamitatibus, quibus pressa erat provincia, ad paucitatem graviter fuisse redactum, credi haud facile licet exercitum virorum 15,000 ex hac una provincia conscribi potuisse, nisi ita, ut, derelictis agris atque ædibus, quod antiqua lingua svethice dicebatur "*Man ur huse*", omnes et universi procederent, quod factum esse nullo in loco historiæ commemoratur. Johanni Beldenack ad trajectum Brunbäck conspectu Dalekarlorum deterrito, atque interroganti "*huru många män then landsändan ofvan Långheden på thet högsta kundhe åstadkomma*", Sveci, qui aderant, numerum, quamquam timore pulsi, amplificarent, non ampliorem autem quam "*väl 20000 man*", responderunt ex hac provincia conscribi posse. Quo perspicuum est, Tegelium neque acrius vel accuratius dijudicasse, neque critice cum fabulis pervulgatis comparasse Chronica et acta, quibus ad historiam Gustavi componendam usus est, et illis omnia tantum compilantem surripuisse. Neque vero multum temporis, noctibus exceptis, in historia scribenda consumere ei licuit, quare in præfatione queritur hoc opus consummatum esse "*icke uthan stort* "*besvär och mycket nattvakande; thy mig gaffs then tid* "*icke mycket tillfälle thertill, fördaghelig tjenst och idhe-* "*liget bruk i andhra saaker och månge åtskillige reesor* "*skuld i Rikets tjenst.*" Quibus ex caussis, quæ in narrationibus Tegelii contraria videntur, ea mirari desina-

mus; studium enim Veritatis, quod apparet in filio illo Georgii Petri, res Gustavi sine odio sine amore, ut decet historicum, cum describeret, laude justa eo est dignius, quod Gustavi minus propensa in patrem voluntas fuisset; quo veritatis amore una cum expedito atque presso orationis genere existimandus est scriptor historiæ maxime insignis, quippe qui concesso satis longo temporis spatio historiæ scribendæ longe clarior fuisset. Tempore Tegelii narrationes fabularum fuisse excultas et sua ipsarum specie indutas, qua augerentur atque variæ redderentur, hoc quidem a Natura est profectum, quia res, a clarissimo illo Rege gestæ, jam primum oculos populi in se concitarent et animos impellerent. Fit enim plerumque, ut tales fabulæ et facile et necessario nascantur de Magnis atque Claris hominibus, quorum præclare factis res atque conditiones populi commutantur, quorumque nomina hac causa historiæ ejusdem inseruntur. Ita historia Tegelii, a populo ipso condita, talis conscripta est, qualis ore populi pervulgata huc usque erat; neque vero ille aut potuit aut voluit in tali historia exploranda atque exponenda personam judicis acrioris agere, ne regem et ipsum populum offenderet. Quo etiam factum est, ut narrationes ejus in fatis illis explicandis miris atque heroicis Gustavi in Dalekarlia, contra Christianum potentem quum arma ferret, fabulas nimis omnino redoleant. Gejer enim ingeniosus ille "*Sveriges,* inquit, *befrielse under Gustaf Wasa är en* "*historia, som folket sjelf gjort, och det har hvarken* "*räknat sig eller fienderna.*"

Historiam Gustavi 1:mi post Tegel persequutus est Celsius, qui, temporis ab illo remotiori spatio(=seculo uno cum dimidio præterlapso), ætatem in literis consumsit. Quo temporis spatio multa erant commutata in statu rerum civilium et literarum, quales in Svecia tunc vigebant. Laudes enim Sveciæ per orbem celebratæ, quamquam tempore sequente facile minuendæ, ingenium populi atque indolem exsuscitaverant, quo factum est, ut populus virium ipsius conscius res, a majoribus gestas, excelso quodam atque elato animo respiceret, et in memoriam liberaliter revocaret, quem inter ceteras Europæ gentes tenuerat,-jam tenebat, quemque sperabat fore ut olim teneret locum. Populo autem non est nisi unus quasi campus, in quo res universas et semet ipsum oculis perlustrare possit; est vero ille Campus *Historiæ.* In illam itaque perspicaciores oculos majores conjecerunt, quare etiam Historia Patriæ prima fuit disciplina, cujus in studio ipsorum Marte perspicacius versarentur. Formam illam Annalium, qua huc usque ficta erat *Ars Historica,* commutari necesse erat studio res indagandi sagaciore vel *critico,* quod dicitur, quo ardebant hujus ætatis Scriptores; cui tamen studio paulo post impressa est eadem imago, quam illud sæculum in exemplis antiquitatis imitandis perfectissimam intuebatur; quam ob causam in *arte historica* ad rationem antiquitatis perficienda eadem etiam expressa fuit. Tempore, quo Celsius viam historiæ est ingressus, Historiographia in Europa christiana ad perfectissimam evecta erat pragmaticam formam. Hæc vero, qualis perfecte effingeretur in Svecia, videri licet in Scriptoris nostri Clarissi-

mo opere, quod inscribitur: "*Konung Gustaf den Förstes Historia.*"

Olaus Celsius, qui, natus 1716, vices Bibliothecarii primum sustinuit, tum Historiarum Professoris munere Upsal. deinde vero Lundæ Episcopale est functus, diem obiit supremum Lundæ 1794. Copiosis illis manuscriptorum collectionibus, quibus gaudent Musæ Upsalienses, motus est ad ea non tantum in ordinem redigenda, sed redacta adcommodanda historiæ Gustavi, qualis ingenio atque indoli ætatis apta esset. Formâ illa Annalium, a Tegel expositâ, et ab illo congesta et diffusa apparatuum mole, nec desiderium sæculi subtilius quoddam petentis, nec Ars illa Historiographiæ excultior absolvi potuerunt. Disquisitionem vero criticam quod attinet, historia Gustavi 1:mi a Celsio parum est evecta, si cum illa, quam scripsit Tegel, comparata fuerit. Ex iisdem vero fontibus uterque eorum in genere hauriens eâdem materiâ fere usus est. Minutias istas, quibus alter scriptorum ab altero differat, ad lectiones variantes, quibus usi sunt, facile referre possumus, et præ ceteris ad codicem, qui a Judice provinciali Westenhjelm manuscriptus in Bibliotheca Upsaliensi servatur. Forma autem, qua involutæ sunt materiæ, eædemque expositæ — id est rerum ipsa Narratio — in utroque Scriptore valde est dissimilis. Celsius enim historiam suam induebat formâ ea pragmatica, quæ a sæculo ficta, ætati maxime placeret, et omne ejus scribendi consilium eo tendebat, ut populus Svecanus juste æstimaret magnitudinem Regis et præclarum illud excmplum, quod ab eo est expositum, in iis, quæ Regem et subditos, ea docent, quæ res

civiles humanasque respiciant. Auctorem nostrum hoc sibi existimasse propositum et historici cujusvis summum consilium, his verbis innuit: "Jag smickrade mig "ofta af den förmätna tanken, att någongång blifva Auc- "tor för en så *behagelig och smakelig Historia,*" quæ verba Celsius in pagina prima suæ præfationis elocutus est. "*Finner man ej*" is pergit "*alla politiska böc- "ker uppfyllde med efterdömen tagne ur de Franske, "Tyske, Spanske och Italienske historierne, då våra der- "emot sällan eller aldrig nämnas?* "*Jag skulle,*" ulte- "rius dicit "*då försöka beskrifva den store Gustafs ger- "ningar med samma eld, som han dem ådagalaggt och "man skulle finna i denna prinsens lefvernesbeskrif- "ning den alldra sundaste sedolära, samt alldra fasta- "ste Statsreglor.*" Opus suum accurate ipse distinguit ab Annalibus; de chronicis enim, ab Erasmo Ludovici confectis, ita disputat: "Den är dock snarare att kalla "en *Annal än en Historia, der han efter sin tids enfaldiga "sätt upptecknat de förnämsta saker, som då funnos.*"

Historiam, cujus pars prima anno 1746 in lucem prodiit, et secunda 1753, auctor noster in XI libris complexus est, quorum VI priorem, et V posteriorem partem complent. Priores duo res in Svecia ante Gustavum nuperrime gestas repetunt; primus enim imperium Stureanum usque ad mortem Stenonis Sture mense Febr. 1520, et secundus Christiani, ab hoc tempore usque ad trucidationem Holm. 8 Nov. 1520 comprehendit. A tertio autem libro Gustavi historia eadem ac Sveciæ esse coepit. Quod enim in libris antecedentibus de Gustavo narratur non ad res Sveciæ publicas, sed Gu-

stavi privatas referre nos decet; III:i autem libri frontem commemoratione belli, pro Svecia liberanda, ille ornavit. Qui liber cursum persequitur totius anni usque ad comitia regni Vadstenensia 1521, quo tempore Gustavus fuit a Dalekarlis tantum, non vero ab ordinibus Regni, qui Christianum nondum destituerant, Procurator electus. Quam curam nondum legitimam [1]) gerens Christianum bello ille est adgressus. Liber historiæ Celsianæ quartus omnem Gustavi procurationem legitimam comprehendit inde a Comitiis Vadstenensibus, quibus Christianus Rex renuntiatus est, usque ad Conventum Strægnæsiæ 1523, quo Gustavus Rex Sveciæ legitime est constitutus. Quorum quatuor librorum, singuli *totum quoddam* comprehendunt et absolvunt. Singulis una tantum res memoriâ populi digna narratur, certum quoddam historiæ Gustavi momentum explicatur, nec nisi una periodus vitæ ejus commutatæ variæque comprehenditur. Quas quidem res, quia inter omnes maximi momenti eminentes maximam in res novandas vim habuerunt, ad *punctum illud saliens vitae* Gustavi et primam causam consequentium referendas Celsius existimabat. Omnes illæ res leviores, a Gustavo regnante ulterius gestæ, quæ oculis cujusvis vim suam non subjiciebant, ad has causas ita referuntur, ut, planetarum modo circum solem volutorum, in unum tamquam Centrum splendidum contrahantur. Celsium facile apparet hoc modo historiam suam totam dispertitam voluisse, ut libri

---

[1]) "*Hvarföre* också Danskarne kallade honom *Skogstjuf* och *Förrädare*. vide Gejer. Sv. Folk. H. p. 2.

singuli certum quasi centrum præclare cujusdam facti delinearent, quo facilius res a Rege augustissimo gestas, tamquam operum artificiosorum expositione, oculis omnium subjicerent; qua quidem ratione, certo quodam ordine exponendi artificia, omnis eorum elegantia externa, res intuentibus statim se *ipsa* proponeret. Libris autem septem, qui sequuntur, talia rerum a Gustavo gestarum principia frustra ille Celsius anquisivit proponenda. Quamquam, ut dicit celeberrimus Geijer: "*hela Gustafs lif är en stor bedrift,*" tamen rerum, quæ postea a Gustavo sunt gestæ, splendida illa atque admiranda vis, qua antea gavisæ erant, sensim labefacta est, nec quidquam nisi progressus civitatis instauratæ quietos illæ significant, quum Gustavus id, quod summum sibi in primis proposuerat, jam esset consecutus. Convenientia igitur partium vel Unitas rerum expositarum, quam Celsius existimavit, in vita Gustavi varia atque commutata enarranda, se assecuturum, eo præcipue cernitur, quod res omnes, quas commemoravit, *in Unam personam hominis historici, non ad ipsam Ideam historicam referret.* Res privatæ disjectæque ab eo itaque narrantur, nulla habita ratione *necessitatis,* qua erant connexæ. Ut vero res *externo quodam modo* convenirent, id quod *auctori pragmatico* summum est propositum, Celsius operam sibi dandam existimavit. Celsius autem quum, in libris 7 posterioribus, plurimas illas variasque res ad certas quasdam causas, vel ad ea, quæ præclare a Gustavo gesta essent, referre non posset,

id quod potuerat in 4 prioribus, quumque *Ideæ*[1]) *historiæ,* quæ tantummodo talem conjunctionem rerum atque nexum concedunt, illi vel studiosissimo non apparerent[2]), repetivit Methodum Chronicam certas quasdam periodas exponendi.

Itaque reliquos 7 libros descripsit in periodos, quæ singulæ 3, 4, 5 Annos, et res, vel maxime diversas, complectuntur. Quæ autem narrare inceperat, ea in fine periodi idem ita abrumpit, ut ad res omnino alias transeat; quæ ratio ad formam Annalium in parte operis secunda maxime propensa apparet, in qua infirmiores sunt demonstrationes, sine varietate modus narrandi, sæpius abrupta catena orationis, sine ratione et consilio rerum ordo expositus. Ita ex. gr. in libro 9:no annis 1536-1541, res maxime diversæ pertractantur, quales sunt: 1:o Pactum cum Russia initum, 2:o Conditiones cum Dania agitatæ ab Albrechto Borussiæ, 3:tio tumultus Smolandiæ, 4:to Acces-

---

[1]) Wenn der Geschichtschreiber auch alle Einzeln, und in ihrer Verbindung durchforscht hat. - - - so bleibt ein noch mächtiger wirkendes, nicht in unmittelbarer Sichtbarkeit auftretendes, aber jenen Kräften selbst den Anstoss und die Richtung verleihendes Princip übrig, nämlich *Ideen,* die, ihrer Natur nach, ausser dem Kreisse der Endlichkeit liegen, aber die Weltgeschichte in allen ihren Theilen durchwalten und beherschen. W. Humboldt, pag. 19.

[2]) Hæ tamen ideæ historiæ nostratem Geijer moverunt in "historia populi Svecani." pag. 2. Tria historiæ Gustavianæ momenta persecutus est, quæ maximam vim in res Sveciæ civiles habuerunt semperque habebunt; momenta illa involvunt: 1) Liberationem, 2:o Reformationem, 3:o Conventum successionis hereditariæ.

sio foederi Schmalchaldico, 5:to Religionis in Svecia conditio, 6:o Pactum Mutuæ successionis Oerebröæ, 7:mo discordia inter Nobiles Sveciæ et Norvegiæ, 8:o Leges oeconomicæ, 9:no Res literariæ et denique pagina 164 digressio illa, quæ historiam Tegelii et methodum nimis redolet: "Vid slutet af året 1537 föddes Konung Gustafs "andre son Johan på Stegeborg; Vid samma tillfälle "Thomasmässodag, som Drottningen strax efter Distings-"marknaden hölt sin kyrkogång i Stockholm, christna-"des printzen, då äfven Abraham Lejonhufvuds bröllop "med Åke Jöranssons dotter Jungfru Anna hos konun-"gen firades."

Genus autem pragmaticum de rebus disserendi cum meditatione illa et contemplatione, qua subjective judicat de rebus et hominibus, in utraque operis parte historicum quendam pragmaticum in memoriam maxime revocat. Quacunque enim in materia, ubi causa aderat, eminet studium Celsii disputandi atque docendi et, more doctoris istius pusilli, præcepta vitæ in rebus Caussisque commemoratis ponendi, quas tamen institutiones ex ipsa historia collectas ceteri homines, Celsio judice, si quidem cogitassent *historiam esse vitæ Magistram,* facile intelligere potuissent. Cruentae igitur Christiani violentiae caussa, qua in tuto, quæ occupaverat tenere ille voluit, Celsius ductus pag. 165 p. pr. dicit: "Om de Danske "Konungarne hade förstått att rätt umgås med de sven-"ska sinnen, de der ej lida tvång och förakt, hade detta "bandet blifvit beständigare. *Alla tiders historier hade* "*kunnat gifva dem efterdömen af stora segerherrar,* "hvilka haft den försiktigheten att snarare lämpa sig

"efter de folkens seder och sinnen, som blifvit öfver-
"vunna än att tvinga dem antaga ett annat sinne. Ett
"mägtigt land kan väl med härsmakt intagas, men må-
"ste med försigtighet, vänskap och dygd bibehållas i
"lydnad." De Marci Mejeri conjuratione atque Machinationibus, de usurpato ejus imperio Lübeciæ et de consiliis fraudulentis omnia evertendi honeste quidem et moderate, sed nimis angusta atque arcta religione, pag. 134 part. 2:a dicit: "*Mejers död må anses såsom en*
"*gudomlig hämnd för allt det blod, hvilket medelst hans*
"*stämplingar var utgjutet.*" "Detta efterdöme visar att
"ett qvickt och djerft, men derjemte groft och ostädadt
"förstånd icke är tillräckligt för dem, som åtaga sig
"stora hvärf till utförande. Hans död var icke mindre
"angelägen för Lybeckarne, hvilka med skäl tillskrifva
"hans ovarsamma styrelse den stöt, som det Hanseati-
"ska bandet i sin vidsträckta handel från denna tid
"måste undergå"

Fractam igitur dissolutamque societatem Hansëaticam refert ad discrimen illud, quo, Lübeciæ imperio Mejerus forte potitus, pertinacia et temeritate consilii, bello infelicissimo ac funestissimo civitatem implicaverat, minime vero ad labans illud imperium Lübeciæ, quod, Sveciæ Daniæque restitutis rebus et auctis opibus, magis magisque infirmari necesse erat. Quo apparet, scriptorem nostrum res illas non retulisse ad ipsum illud principium vel caussas primas, quæ singulis nostrum hoc injungunt, ut, acta persona, a natura nobis data, novæ rerum faciei scenam relinquamus. Ruinam illam civitatis Lübeciensis Mejerus accelerare quidem

potuit, avertere aut reprimere non potuit. De Gustavo 1:mo cum Smolandis et Nicolao Dacke paciscente, eandem religionem servavit Celsius, his verbis pag. 236 part II usus: "Det må billigtvis anses för den veder-"värdigaste ting, som en konung kan öfvergå, då han "nödgas dagtinga med någon sin egen gensträfvoga "undersåte. *Sådana afsteg från all ordning låter all-"magten understundom ske, att dymedelst erhindra de "mägtige på jorden, det all styrsel icke är bunden vid "deras spiror, samt att låta dem, hvilka städse skönja "ett svalg mellan sig och andra dödliga, då och då röna "det de likväl äro menniskor, understundom med myc-"ken vanmakt bekajade.*"

Gustavum equidem crediderim, has pacis conditiones agitantem, non religionem istam, sed artem quandam et prudentiam potius secutum esse. "Det var, di-"cit Gejer pag. 66 p. 11, en ej ovanlig undsägelse, att "man ville underhandla om villkoren för lydnaden, och "Gustaf låt sig dertill alltid beqväma. Det finnes knap-"past ett enda uppror, med hviiket han ej underhand-"lat, intet, som han ej straffat." Conventus Christiani III:ii cum patruo infelici Christiano II:do caussa est auctori nostro, cur Morum illam disciplinam commemoret, et vitæ ista præcepta tradat, quæ ex fragilitate majestatis humanæ varietateque fortunæ percipi possint ac debeant. "De Mägtige må deraf lära, att såväl som "andra frukta lyckan som en falsk vän, då hon dem "som mäst gynnar" docet Celsius p. 285 p. 2.

Celsius quamvis pluribus locis affirmaverit sibi esse persuasum, cura Numinis divini immediata et totius generis

et singulorum res sustentari atque gubernari, tamen videtur, id quod mireris, in Historia consilia hujus Numinis neque investigasse, neque, ut ea investigaret aut exploraret, operæ quidquam impendisse. Omnia enim aut fortunæ, aut studio hominis agentis (subjectivo) tribuit. Ita pag. 14 p. 1 universam Scandinaviæ novam conditionem et res omnes restitutas vere affirmat originem debere temeritati atque pertinaciæ Gustavi Trolle, qui, puer invitatus comes in itinere illo infelici Matris et sororis, omnino negaret se esse profecturum. "*Derest pilten,*" affirmat Celsius, "*icke af en blott slump* fått i sinnet, "att tvärtemot sin moders enständiga vilja, blifva qvar "i Strängnäs *hade sakerna i eftertiden fått ett helt an-* "*nat utseende. Så,*" pergit ille, "*grundas rikens största rörelser och omvexlingar som oftast på de minsta omständigheter.*"

Nihil vero in rerum universitate fortunæ cæcæ difficilius committitur, quam ipsum genus humanum [1]). Fata enim populorum ut singulorum hominum *consilio cuidam rationis* subjecta sunt, quod in caussa est cur consilium illud ut *divinum*(-rationale) sit idem æternum neque evanescat. Scriptor autem historiæ pragmaticus, qui nullas rerum caussas cernere potest, nisi quas oculis obtusis *in nexu quodam rerum externo* comprehendat,

---

[1]) Das Weitere ist, dass diese Erscheinung des Gedankens, dass die Vernunft die Welt regiere - - - dass die Welt nicht dem *Zufall,* und *Äusserlichen zufälligen Ursachen preisgegeben* sey, sondern eine *Vorsehung* die Welt regiere. Philos.: der Gsch. pag 17.

Tegel et Celsius

disquisitio historico-literaria,

quam

Consent. Ampl. Facult. Philos. Lund.,

publ. prop.

GUSTAVUS VOLM. SYLVANDER,
Philos. Doctor,

Respondente

FRANCISCO AUG. MÅNSSON,
Blekingo.

In Academia Carolina die x Junii MDCCCXLVI.
H. a. m. s.

P. III.

Lundæ,
typis Berlingianis.
MDCCCXLVI.

sæpissime ita fallitur, ut, deficientibus caussis psychologicis rerum rationem deducendi atque explicandi, res illas levissimas et quam maxime fortuitas arripiat, ut hoc modo deducat et explicet "*les grands evenements par petites causes*" [1]. Quam quidem rationem explicandæ historiæ Romanæ sæpe videre licet eos Auctores esse secutos, qui dicerent, hunc populum tam late per orbem celebratum numquam fuisse, nisi adstrepante choro Anserino in Capitolio, Romamque Reipublicæ formam nusquam fuisse sibi vindicaturam, nisi antea violata Lucretia fuisset. Historicus pragmaticus animum minus attendit ad ea, quæ vere facta sunt, quam caussas factorum, quas ille quidem ponit in caussis atque motibus hominum singulorum, quare etiam a Gervino talis scriptor appellatur: "*Memoirist in grösser Umfang.*" Quæ est caussa cur sæpe videantur orationes fictæ, quas historiarum scriptores hominibus illis suggesserunt, quorum vitam enarrarent; quæ orationes quidem animo ejus, qui narrationem legeret, consilia omnia hominis agentis, caussas, adfectus et Motus proponerent, quum ne verbum quidem totius orationis veri-

---

[1]) Libri toti sunt conscripti de ista historica quæstione, ut Res quam maximæ et gravissimæ, ex rebus levissimis et quam maxime fortuitis effici possent, eadem ratione, qua Nivea illa particula revulsa, de Alpibus altissimis ruens, molem istam immensam Niveam efficit, quæ omnia sibi objecta obruat. Qui quidem libri inscribuntur "*Anecdotes secretes*" et *Les grandes evenements par petites causes,* de quibus libris multa sunt scripta in opere: Historiens öde ab Rosenhane. W. H. A. Acad. Handl. pars 5.

tati conveniat. Ita scriptores historiæ Græcæ Romanæque pragmatici heroum suorum proferunt orationes elegantissime fictas et dialogos dramaticos, quibus omnem causam atque materiem agendi subesse ipsi opinati sunt. Quo in genere haberi debent Herodotus, Livius e. q. s. r., quorum rationem etiam Celsius est secutus. Orationes enim hujus scriptoris operi inseruntur, quas nulla fide authentica auctor testatus est, et illæ quidem ita extensæ, ut in libris Olai Petri, Hvitfeldii et Tegelii adumbratas tantummodo vel brevius contractas et quoad Materiem habitas, eas Celsius noster perfecte conscriptas et elaboratas exposuerit. Tali modo orationes ab hoc auctore prolatæ, aut omnino fictæ, aut auditis affictæ et ornatæ, aut denique accuratius elaboratæ, atque mutatæ, ita dissimiles sunt genuinis, quibus sententias et sensus Gustavi Celsius bene inseruit. His autem orationibus omnino est facies recentioris studii atque operæ, ut fide historica destitutæ sint, neque locum inter cetera argumenta justum tenere possint. Quamquam enim eleganter sunt compositæ et quasi perlustrant mentem Gustavi, consilia ejus dum referunt, novâ tamen et mutatâ formâ ars illas induit, si comparantur cum orationibus genuinis, a Gustavo habitis, quarum veritas illa nativa tantam habet vim et sententiarum gravitatem, talem alacritatem ac vigorem, quales non nisi ipsi materiæ tractatæ et temporis ingenio atque momento, quo res enarratæ sunt gestæ, maxime accommodatæ sint et homini agenti aptissime conveniant. Quæ ipsa Caussa est, qua orationes illius tam vehementer moveant animos eorum, qui

legunt, qua etiam factum est, ut populus Regem dicentem audiens Suada ejus vehementissime commoveretur. Quibus apparet magna illa vis dicendi, quam naturæ, non arti ille debuit. Ad ea confirmanda, quæ supra de eloquentia ejus sunt dicta, orationem, quam habuit in Comitiis Arosiæ anno 1527, integram plenamque meminisse juvet, qualem videmus a Tegelio et Celsio relatam; hanc autem jam referre nos vetant loci et temporis angustiæ, quare comparandi caussa potiora exerpere placet. In historia Tegelii pag. 155 p. 1:mæ hæc leguntur: "Thå "vard*t* hans Nådhe på nytt beden aff Rijksens Rådh, "adelen ok menighe man, at han ännu icke skulle öff-"vergifva them, uthan bliffva vid Rijket ther the hadte "honom till kåradt ok beplicktigadhe sig theruppå nytt "vele vara hans Nådhe hörige, hulle ok trogna, och "hvar några sliika stemplare funnes ther effter i någhon "Rijksens landsenda, skulle the bliffva straffadhe, som "tilborligit vore, och thet vart så förskriffvet kring om "alt Rijket." Celsius vero pag. 326 facit Gustavum hæc dicentem: "Han ville åter lemna den Spiran, "som de honom anförtrodt. Sådant hade långt förut "varit hans uppsåt, men Rikets Råd och Ständer hade "hindrat honom. *De hade ångrat sina fel, med tårar "begärt förlåtelse, den bekommit och åter anställt nya "giller.* Hvad skulle han tro annat, det de sådant gjorde "endast för att inveckla honom desto mer i sina nät." In Ordines autem Regni aut populum totum, quamquam Celsius ita habet, ira Gustavi non fuit concitata. Hos enim seditionis non accusavit, quia fidem semper servaverant. E contrario "tackar han *Rijksens Ständer*

"och the *Dannemän alle mäst kringom allt Rijket,* the "ther härutinnan haffva låtit sig finna välvillighe" .. et tantum de provinciis nonnullis et præ ćeteris Dalekarlia questus est. Pag 158 histor. Tegelii hæc sunt allata: "Förevijstes ok hans Nådhe dyr tijdh på Salt, Klädhe, "Korn, Rogh lijksom vore han Gudh eller liksom thet "vore allt i hans makt. Haffver ok hans Nådhe allan "vinning lagt sig therom att allt tingh skulle vardha "förvandladt i bästa laghet; lysandes i alla Marknader "ok samqvämder, at hvar skulle köpslaga reedheligha "med then andhra, ok haffver förhandlat med the Hol-"ländare och annor omliggande landh och städher, at "the skulle sökia thetta landh med Salt, Klädhe, Vijn "etc. och dock icke thessmindre klagas på hans Nådhe "om oköpan och dyr tijdh."

Celsius autem, auctoritate Tegelii adspernata, docet pag. 326, Gustavum orationem hac de re his verbis habuisse: "De skriade om dyr tid liksom stode års-"växten i Konungens makt. Man hade ju anstaltat om "tillräcklig införsel af säd och salt. *Hungernöden vore "ju redan genom hans tidiga försorg stillad. De borde "äfven förstå, att så länge de oroligheter uti Europa "påstodo, måste så väl Svea Rike, som de andra län-"der hafva en dryg känning deraf.* Detta stode ej ge-"nom motvilja, inbördes hat och bitter gensträfvighet "att rätta. Här fordrades enighet och en välvilja för "det allmänna, som icke stannade uti ord och förkla-"ringar, utan yttrade sig i gerningar och verkställighet." Quæ tamen *annonæ gravitas,* quum Rex Cancellarium suum hanc orationem pronuntiare jussit, non modo non, ut

Celsium contendere in oratione nuperrime allata videmus, victa erat, sed eo tempore, testantibus Hvitfeldio et Tegelio, vehementissime ita vexavit incolas, ut, quum Gustavus summam operum daret, ut inopiam expleret, aut certe levaret, multa millia hominum in Holmiensi Archipelago perirent. Tumultus isti, quibus Europa hoc tempore jactata fuit, — et præ ceteris bello a Francisco 1:mo contra Carolum V gesto —, ne minime quidem, quod tamen Celsius opinatur, Sueciam moverunt; his itaque caussis Mercium cum Germania commutatio non sublata erat, et aliam quandam Svecia non potuit jacturam facere; ex quo intelligitur, a Gustavo hanc caussam annonæ gravitatis numquam esse indicatam, aut indicari potuisse. Quæ Gustavus in tertio momento *orationis* proposuerat, Celsius pessime exposuit et interpretatus est. In hac enim orationis parte Gustavus dicit caussam, cur vectigalia regni atque reditus adhuc minuerentur, in eo esse ponendam, quod Ordo Equestris et nobilis *feuda,* vel prædia beneficiaria, a civitate optimo jure peteret. Historia autem Celsiana hanc rem ita corrumpit, ut dicat, Gustavum suasisse, nobilitatem opibus et potestate esse fulciendam, quia, ex sententia ipsius, hoc Ordine, quasi Munimento atque progpugnaculo, omnis Regni gloria defenderetur. Ad tuum, Lect. Ben. judicium referatur justa hujus rei æstimatio! In historia itaque Tegeliana pag. 161, hæc leguntur: "Item "effter Ridderskapet, som nu Gudh thess loffvadh växer "till igen, är mycket försvagadh för mycket Orligh skuld, "ther theras godz haffver them afhändt varit, med "brandh och väldhe, och mest theraf att theras godz

"och Ägodelar äre största deelen kompne under Kyr-
"kjor, Clöster, Prebender, Begängelser etc., ville alla
"haffva hjelp och förläningher *(som intet Under är)* aff
"Cronan, och är thå sedhan Konungens deel thessmin-
"dre till att uppeholla alla föreskriffne tungor," quæ verba Celsianis omnino repugnant, quæ ita audiunt: "För det tredje *Måste Riksens Adel* förhjelpas ur sin "fattigdom och till dess fordna heder. *Dessa borde "skattas för Riksens prydnad och förmur."* Negari quidem non potest, Gustavum ipsum de Nobilitate Regni sic habuisse; hoc enim judicium erat singulis hujus ætatis hominibus, itaque Gustavo ipsi, commune. Ordo igitur ille, suo jure et omnium consensu, patriæ primo loco præsidium atque defensionem sibi vindicasse existimabatur, tum vero secundo loco populus ipse, vel, si mavis, Ordo plebejus, quæ tamen ratio postea vere est inversa. Quam opinionem fuisse Communem, vel eo videri potest, quod Gustavus inter caussas *Recessus Arosiensis,* quas populo communicavit, etiam posuit necessitatem Ordinis Equestris sublevandi "*att göra Kro-"nan sådhan tjenst, som hon aff them behöffdhe och till-"börliget var,* om icke bådhe Cronan och Ridderskapet "skulle platt förderffvas." Nullo autem loco Gustavus, de nobilitate, maxime regno necessaria et honorifica, eam sententiam, quam Celsius voluit ei imputare, plane expressit, sed hac pia fraude Celsius tantum cetera, quæ Gustavus cogitasset, supplere atque exponere voluit. Ad exempla orationum, quæ omnino sunt fictæ, eam referre licet, quam in conventu Ups. 1520 (Cels. pag. 48 p. 1:mæ) Gustavus Trolle, auctore nostrate, habuerit,

quæ oratio neque ab Olao Petri, neque Hvitfeldio commemoratur — ne excerpta quidem — licet ab his Auctoribus ille conventus accurate sit descriptus. Eadem est ratio Orationis, quam Celsius pag. 67 p. 1:mæ dicit paulo post Coronationem 1520, in concilio secreto, cum amicis Christianum habuisse de cæde Holmiense committenda. In hac oratione Christianus caussas exponit, quibus impellat atque moveat Consiliarios, hoc viro dignos, ut consilio isti funesto assentiant; quæ omnia ab Olao Petri et Hvitfeldio ita omittuntur, ut ne verbo quidem commemoretur illa oratio, quamvis hic pagg. 1157, 1158 accuratissime exposuerit omnia, quæ hoc concilium attingunt, Gustavi Trolle accusationem, consiliumque Diderici Slaghæc et e contrario Christiani animum infirmum et hæsitantem plane innuerit. Neque vero cum aliis magis quam secum Christianus deliberabat; tota enim vita ejus fuit series quædam facinorum temere et inconsiderate commissorum; quam enim in viam temporis momento per alios aut semet ipsum pulsus est atque ductus, in ea contumax progressus est; quam ob caussam orationes non habuit, ut aliis persuaderet, sed ut jussa sua evulgaret, aut personam fictam ageret. Argumentis igitur vel gravissimis est confirmatum,[1]) cædem illam funestam Holmiensem non a Christiano ipso motam fuisse, sed a *Sigbrit,* quippe quæ intelligeret intimos regii animi recessus callidissime ita pervestigare,

---

[1]) Rühs Svea Rik. H. pars 1:ma pag. 223.

[2]) *"Man uträttar ingenting med lindriga medel, de äro bäst, som skaka hela kroppen."* dixit Christianus celeberrimo illo

ut, naturæ violenter agendi[2]) indulgens, interitum ejus præcipitaret.

Pagina 101 historia Celsiana accuratam mentionem facit belli Christiano a Gustavo indicti, quam indictionem nullo loco Tegelius commemorat. Hoc tantum indictum, nihil vero de argumento Hvitfeldius pag. 1166 narrat; et Rühs pag. 13 eandem obviam esse in scriptis veteribus omnino negavit. Quibus allatis, jure nobis videmur contendere, hanc belli indictionem a Celsio ipso esse compositam et literis consignatam, qualem sibi finxerat Gustavi consilio et rationi consentaneam, ut seditionem faceret. Gustavi in Capitulo Upsaliensi anno 1521 habitæ orationis eadem est ratio, cui neque acta quædam authentica sunt subjecta, neque auctoritas ulla citata adjecta est; apparet enim in illa, si verba quidem Celsii sequimur pag. 108, *Consilium enuntiatum,* quod Gustavus cepisset *rex* nondum, ne *interrex* quidem vel procurator electus, *de hierarchia reprimenda atque tollenda,* quum tamen illud certamen, in quod res adduxisset, prospere censurum, dubitare posset. "Skulle Riket ega fred och blomstra *måste ju en sådau obillig makt och myndighet hos presterskapet stäckas och de andlige tillhållas, att ej träda utom vederbörliga skrankor,*" de hac re Celsius Gustavum dixisse affirmat. Summum hujus oratiunculæ exposuit Hvitfeldius, nihil commemorans de ejusmodi imprudenti consilio, quod rex elocutus esset hoc ipso temporis momento, auctoritatem Hierarchiæ atque opes minuendi aut rapiendi. Tanta enim in Gustavo

---

Erasmo paulo post Cædem Holmiensem. Vide Gejer p. 2:de pag. 35.

fuit prudentia, ut ante quam tutus sibi visus est, hanc materiam ne *Rex* quidem attingeret. E contrario eum videmus hoc tempore literas prudenti consilio, modeste scriptas, Papæ mittentem, clero indulgere[1]). Verba, qualia supra citavimus, facere multo minus Upsaliæ 1521 Gustavus ausus erat.

Omnium autem orationum, quas historiæ suæ inseruit Celsius, sine dubio ea, quam Gustavum Vadstenæ coram ordinibus Regni habuisse affirmat, est maxime observanda. Series hujus extensæ orationis, quæ tres fere paginas, 121-124, libri Celsii complet, brevissime est a Hvitfeldio p. 1160 et a Tegelio pag. 30 cum caussis præcipuis exposita. In hoc loco Celsii vera illa vis pragmatica apparet; hujus enim orationis testimonia *authentica* reddi non possunt. Loci autem ejusdem principales a Hvitfeldio et Tegelio expositi, a Celsio diligenter citati et redditi paraphrastico ornatu commentarios redolent. Catena orationis abrupta eo est, quod hac oratione sensus Gustavi loquentis transferuntur, quales vim quandam dramaticam moverent, atque lætam lectorum consensionem excitarent. Tales res historiæ Gustavi exponendæ inserit ille, ut oculos quasi alliciat in vitam Regis maximi intuendam; quod, ut exemplo illustremus, adferre liceat narratiunculam de Gustavo valedicente sorori in Tärna, cum Colonus quidam prædii Joach: Brahe commemoraret cædem Holmiensem, cum Gustavus coram Dalekarlis in Mora prima verba faceret, multis aliis

---

[1]) Vide dissert. de Johanne Brask a Fant Upsaliæ 1790, pag. 7.

exemplis omissis. Et Celsium, si pragmaticum scriptorem spectamus, apparet in eo maxime fuisse versatum, ut caussas pscychologicas seriemque illam absconditam consiliorum, studiorum affectuumque, quibus motum fuisset Subjectum, quod dicitur, totas investigaret. Ea autem imago, sive falsa, sive vera, his consiliis impressa est, quam antea personæ describendæ Celsius noster sibi ipse finxerat. Ita pag. 49 p. 2:da nulla auctoritate, sed conjectura tantum ipsius ductus concludit tumultum, quem Magnus ille Nicolai contra Gustavum excitaverat, indignatione motum fuisse, quod dignitatem eam, quam sperasset se propter merita de Gustavo adepturum, non esset consecutus. Quas sordidas res, omni dubitatione abjecta, Celsius dicit magnum Nicolai impulisse; multis autem locis apparet, hunc virum tam erecto magnoque animo fuisse, ut vana quadam cupiditate gloriæ aut vindictæ talibus ineptiis adhærere ille quidem contemneret. Liberali enim atque excelso animo non modo affini Arentio Petri Örnflykt sordidam illam conditionem abnegavit, sed, ut turpitudinem consilii caveret, etiam eum monuit, quum utrique gratia Christiani et aurea præmia essent proposita. Observandum præteria est, Magnum Nicolai hoc tempore fuisse ditissimum Sveciæ virum, qua caussa non facile suspicari liceat, eum, munere quodam *Aulico* vel *feudo,* quod dicunt, desiderare potuisse eam dignitatem, quam opibus suis assequi homines soleant. Caussas autem agendi psychologicas, quibus ille duceretur, si invenire volueris, ab auctoribus authenticis adumbratas, quamquam non plane explicatas, eas investiges necesse est in furore illo religioso, quo Dalekarli ipsi erant

abrepti. Gustavo enim, campanas consecratas, ad usum profanum violante, Magnus Nicolai eo consilio restitit, ut Sacra Romana religiose servarentur, quo facto et *rebus Dalekarlorum civilibus* et *sacris regni* studebat. Ejusmodi enim erat horum accusandi ratio, ut perspicuas redderet curas, quibus angeretur conscientia illa catholica propter veterem disciplinam religionis, regnante Gustavo novatam, quam Dalekarli semper nominabant "*Nya Läran,*" hic autem novam negabat, et propter vitam novam Regiam cultus vestitusque, quam nominabant "*Nya sederna vid Konungens Hof.*" Educatio etiam hæreditate quasi accepta Magnum Nicolai inflammaverat fide quadam præpostera in omnibus, quae Catholicismum respiciebant. E familia Svinhufvud ortus cum Christophoro Olai et Stig Johannis sanguine conjunctus, quorum ille quidem frater fuit famosi Ottonis, Episcopi Arosiensis, hic vero affinitate cum eo junctus, et præterea familiæ Örnflykt, quæ rebus Christiani studebat, cognatione annexus non poterat, quin rem Catholicam defenderet, præsertim quod divitiis opibusque *vir sui juris* ille erat, quem rumores horrendi, a Sacerdotibus de Gustavo per regnum dispersi, vehementer offenderent. Consilium vero ejus non fraudulenter fuisse captum, quasi a proditore aut instigatore, vindictæ cupido, ipse probavit, cum omnes conditiones a Christiano et Gustavo Trolle ex Norvegia anno 1532-1533 oblatas animo excelso liberaliter repudiaret. Dalekarli autem, qui eum sequebantur, rem Christiani a se alienam omnino ita putabant, ut fidem Gustavo datam vel *tumultuantes* eo ipso

tempore servarent. Celsius igitur Magno Nicolai talia consilia subjicit, quorum caussas historia ignoret.

Idem studium dignitatem Gustavi attollendi atque augendi, quum de hostibus vel inimicis ejus detraheret, in Johanne Brask et Johanne Magno historice æstimandis Celsium impulisse videtur. Episcopos enim Brask et Johannem Magnum pagg. 347-348 hit dicit insidias molitos esse contra Gustavum, quæ accusatio tota in judicio Celsii subjectivo, vel si mavis, in nimio studio, quo rebus Gustavi faveret, est investiganda. Ne unum quidem documentum vel epistolam tempus illud nobis reliquit, quibus ducti tale quid de viris illis suspicari possimus. Quæcunque enim ab illis sunt gesta verum erga patriam et *tam sincerum* erga Gustavum amorem, *quam servare* integrum possent Papæ iidem Sveciæque inservientes, probare videntur. Principiis ecclesiæ Catholicæ educati a teneris sibi persuaserant, extra hanc ecclesiam cum principiis suis hierarchicis *nullam esse salutem,* neque ullam potestatem arctius, quam ecclesiasticam, cum Christianismi progressu atque patriæ salute esse divinitus conjunctam. Plurimas occasiones insidias faciendi, quas status patriæ exhibuit, sibi arripere facile potuissent, quod tamen contemnere maluerunt, nec umquam illos videmus ut Magistrum Canutum, Petrum Sunnanväder aut Magnum Strömfeldt perfidiose factorum participes. In literis vero ad Thuronem Johannis Roos scriptis, Johannes Brask omnino reprobat ea, quæ de conjuratione et seditione *ille ab ætate Unionis relictus princeps* rerum cupidus novarum sæpius innuerat; Item exsul Johannes Magnus, in historia sua, sincerum in

patriam amorem, quo erat incensus, verbis explanavit. In præfatione enim "*Historiæ Gothorum Sveonumque*" cognitæ, "nullum," inquit, "laborem equidem detractavi "modo *ut civibus meis atque adeo clarissimis patriæ "alumnis prodessem eorumque commodis, famæ et gloriæ "excussa omni laboris inertia, consulerem.*" In literis, quas ad Papam Hadrianum IV misit,[1]) de Gustavo modestissimis verbis utitur, et suam ipsius industriam respiciens, ad fidem Catholicam defendendam in Svecia, hæc verba adhibet: "*quod magis industria et modestia "agam quam tumultu.*" In loco alio hæc affert: "*Res "cum modestia agatur; scio quam inexstinguibilem ignem "tales tumultus in aliis terris produxerunt.*" Anno 1572 ex Gedano ipse literas scripsit ad Gustavum, quibus eum certiorem faciat de machinationibus, quibus contra Sveciam moliebantur Amici Christiani; fratremque ipsius Olaum Magnum Lübeciam misit, qui conatus illos exploraret atque a Gustavo præmonito averteret, quæ quidem literæ summa Gustavi admiratione et ardentissimo studio cum amore Sveciæ afflatæ sunt; quod ut factis vere probemus, literas illas recitare liceat ex opere, quod inscribitur: Specimen VII diarii Critic. actor. ad historiam Gustavi 1:mi Fant, Upsaliæ 1802:

"Serenissima mei commendatione præmissa."

"Nådigeste Herre Konung efther thet jag håfver nu "naagodt förnumidt huru edhers Nådhs och Sveriges Rij-"ches ovenner leggo sig alla vinning baadhe när och

---

[1]) Specim. diar. Critic. Act. Upsaliæ 1808. Fant.

"fjerren, en stedh och annan i dheras anslag, saa leg-
"ger jag ock mik vinning therom efter mijna yttersta
"macth ath förhindra theras anslag och therföre haver
"jag nu skickadh mester Olof Magni till Lubech ath der
"förhöre hvad E. N. kan dher uppaa röra och hvadh
"de Hollendere hafva ij synned oppa Kungh Kristierns
"vegna, saa adh han schal dher ij fra antigia gifva sigh
"till eder nadh eller edre Nadh fullelige tillskriva om
"all erende, som han kan dhar förnimma. Deus Altis-
"simus Majestatem Vestram conservet. Citissime ex Ge-
"dano anno Dom. 1532 XV Febr.

Regiæ Maj. V.

"Cum debita reverentia

Deditissimus
Johannes Magnus."

Ita etiam se gessit Johannes Brask, qui ex Gedano literat misit et Gustavo et Clero suæ dioecesis, quibus more paterno Regem *obsecrat, velit* Recessum Arosiensem abrogare, Clerum vero monet, ut veterem disciplinam cultumque servent; nec umquam particeps ille fuit insidiarum aut machinationum contra Gustavum, quam ob caussam in disputatione de Johanne Brask Upsal. 1790 Fant noster de eo ita judicat: "*patriæ amori studiosissimus adeoque melioribus fatis dignus.*"

Neque Johannes Brask et Johannes Magnus novam hujus sæculi conditionem potuerunt, neque sæculum hos viros clarissimos potuit vere æstimare. De iis igitur male est judicatum, et studio ipsorum ceciderunt. Martyres illi hierarchiæ Catholicæ in Svecia, patriam infelices profugerunt. Dum caussam temporis præteriti age-

rent, "pro aris et focis" ab illis pugnatum est; sæculum autem, fluminis rapidi instar, et homines et opera humana obruens quæ resistunt secum rapit. Fieri igitur non potuit quin etiam illi, de quibus supra est dictum, novo rerum ordini, cui concedere noluerunt, ipsi succumberent.

Quæ quidem methodus umbram et lumen pro arbitrio obducendi figuris, quæ, in tabula quasi historica agglomeratæ, minus eminent, quo magis figura princeps sit conspicua, minime excusari potest, si ea re veritatem historicam cogitate et consulto violare scriptor videatur. — Historico enim, quum *vere factis destitutus* comparationibus tantum et judicio subjectivo *in veritatem probabilem* se transfert, error non vitio tribuitur; a factis autem, ubi perspicua apparent, et hæc tamen considerate prætermittuntur, primam historici legem, quæ veritatem jubet, aberratio quævis offendit. — Quod vitium Celsius commisit in eis narrandis, quæ Gustavi rationem inter ipsum et præceptorem Magistrum Jvarum intercedentem, respiciunt; omnia enim ad Gustavi optimam indolem, excelsum animum patriæque amorem atque fortitudinem referuntur, quibus inde a teneris incensus dignitate regia tandem ornandus esset. — Celsius autem veritatem non qvæsivit, quia tamquam *a priori* erat ei persvasum, veritatem ab ipso esse investigatam. In historia imaginem solam, quam opinionis quodam errore sibi finxerat, investigare atque requirere conatus est; quare ejusmodi studio judicium illud justius acriusque sæpe deest, et descriptio rebus atque hominibus descriptis non semper tota congruit. — Hoc

modo erit perspicuum, quibus caussis impulsus narrationem *primitivam* aut corruptam distorqueret, aut, rebus *historiæ* surreptis, lumen obducat iis, quæ tenebris tegere potuissent figuram eminentem Gustavi, tabula illa historica pingendam. — Quod primum hac de re allatum est, potest ex iis, quæ supra de Gustavo et præceptore ejus Magistro Iwaro sunt dicta, judicari; quod vero hoc loco innuitur, æstimari potest ex iis, quæ de Gustavo cum Dalekarlis aspere agente anno 1533 narrantur, quum *de fide publica data* ne verbum quidem sit allatum. Ex annotatis Nicolai Bothniensis Celsius refert, Gustavum puerum scholam Magistri Iwari, quam frequentasset, indignatione magni excelsique animi in perpetuum deseruisse, eam ab caussam quod verborum contemtu atque contumeliis præceptor ille Svecos lacerasset. Animus enim liberalis et excelsus pueri contumelia ista incendebatur: "*han drog sin lilla värja och ropte, jag ger dig och din skola tusan, samt kom aldrig mer tillbaka*". — Ex collectionibus autem Palmsköldd., (quas ipsas Celsius se confitetur secutum esse), in "*Dissertatione de institut. publ. ante temp. Gustav. Adolph.*" eandem narrationem Nicolai Bothn. exscriptam cl. Fant nobis tradidit. In hac eadem quidem acerba indignatio Gustavi nobis est obvia — idemque iræ exitus; caussa vero hujus odii in animo liberali et amore patriæ ardente frustra quæritur; illa enim in toedio tantum contumaciæ castigatæ latet. — Loco citato hæc adfert Celsius: "En gång då Iwar talade "föraktligt om Svenskarne drog Gustaf sin lilla värja, "högg igenom boken, som han hade för sig och gick

Tegel et Celsius

disquisitio historico-literaria,

quam

Consent. Ampl. Facult. Philos. Lund.,

publ. prop.

GUSTAVUS VOLM. SYLVANDER,
Philos. Doctor,

Respondente

VICTORE LANGE,
Blekingô.

In Academia Carolina die x Junii MDCCCXLVI.
H. a. m. s.

P. IV.

Lundæ,
typis Berlingianis.
MDCCCXLVI.

"bort utan att någonsin komma tillbaka;" Nicolaus Bothniensis contra: "Konung Göstaf var en lärd person så "att han satt i secunda Classe Upsaliæ. Då var Mä-"ster Iwar — en dansk karl — Scholæmestare. Han "var allom led och näpste Konung Göstaf hårdt. Ko-"nung Göstaf gick då klädd i rödt Engelskt och hade "silfverdart på lifvet. När nu denne Mäster Iwar en "gång straffat och gifvit Gustavo stut, drog han sin "dart och slog ned igenom Alexandrum, som då bru-"kades, och sade Hej! jag tör gifva dig och din skole "tusand. ... Respondit Iwarus: Nobilium Nati nolunt "aliquid pati." — Quibus narrationibus comparatis apparet, *Celsium, Gustavo addictum,* contumelias illas in Magistrum Iwar falso transtulisse, et hac ipsa re omnem dissensionis caussam præceptori vitio dedisse, ut Gustavo cum hoc disceptanti liberalitatem quandam atque patriæ amorem adjudicaret, ex quibus, qualis vir ille esset futurus, hac ætate jam augurari posset. — Culpa autem penes Gustavum *castigatum,* nec *amore patriæ* animo liberali *ardentem,* reprehenditur. —

De iis autem exsculpendis, quæ tenebras obducant tabulæ historicæ, ut supra dictum est, eo ipso, quod Celsius prætermisit literas, quibus *fides publica* Dalekarlis a Gustavo vere est data, hic auctor sapienter cavet, ne ignominiam illam perstringat, quam plurimi historici — judicio quodam arctiori — res magnorum hominum atque celebratorum referentes ad eas, quæ in privatis justæ honestæque videantur, — hoc tempore Gustavi personæ inustam male existimarunt. — Quas literas Celsium non totas ignorasse, sed punctum illud,

quo Dalekarlis Gustavus fidem dedit, verbis hoc tempore usitatis: "*fri och fälig lejd,*" de industria prætermisisse, luculenter apparet. Hac enim in re narranda ipsa verba Tegelii secutus est; literas vero, de quibus est dictum, relaturus hoc tantum pro arbitrio brevissime excerpsit: "*En Kungörelse sändes upp till Dal-*"*karlarne om Konungens ankomst, med befallning det* "*alla bönder skulle möta honom vid Tuna Kyrka*". Fidem autem datam cum falleret Gustavus, hoc tempore auctor promissi secutus est conditionem rerum civilium atque necessitatem eam, cui dubitationes quascunque honestatis et curas conscientiæ cedere oporteat; tamen quia promissum vere violabatur, ejus rei commemoratio, quam excludere non liceret, historico erat injuncta. — De necessitate illa atque conditione rerum civilium, regnante Gustavo, cl. Geijer observat: "*Sanningen* "*tillhör likväl ej att fördölja,* det dessa bägge si-"dor af Gustafs regering stundom visat sig hos "honom i de båda motsatta ytterligheterna af De-"magogi och Despotism, för öfrigt med hvarandra "beslägtade, som listen med våldet .... det kan ej," pergit ille, "undgå någon, att Gustafs löften i farans "stund ej alltid voro att lita på då den var öfverstån-"den. Redan Dalkarlarne i sitt första uppror klaga att "de alldrig fingo af honom veta sanningen. — Smålän-"ningarne under Dackefejden trodde ej den erbudna "amnestien — med rätta. Då Konungens egna bref "bjuda: *att de skulle bruka list och lämpa med de skal-*"*kar, skulle man än lofva och tillsäga dem allt det mö-*

"*jeligt vore, emedan de ju sjelfva intet hålla hvad de* "*låfva.*" pag. 119: p. II.

In rebus vel levissimis historiæ Gustavi annexis, quæ a Celsio explicantur, in hoc uno summo studio ille nititur, ut exempla continuo eruat, quibus aut Gustavi sollertiam in agendo atque animum præsentem, aut virtutes illas ingenuas, quibus animos movisset ac benevolentiam hominum sibi conciliasset, in medium proferat. Quæ omnia ut persequatur in rebus enarrandis, partium singularum mutationes sibi concedendas existimavit; quod necesse quidem est, concedatur scriptori pragmatico, qui animum ad *rerum objectivam* minus, quam *subjectivam rationem* attendens, eisque in rebus, quæ gestæ sunt, *hominem præclare agentem* tantummodo anquirens, ejus virtutis exempla vitæ ac præcepta in historia proponat, ac singulis hominibus adcommodet. — Ex eis, quæ supra allata sunt, exemplis colligi potest, quantopere studuerit Celsius, pragmaticus ille, ut ex sollertia Gustavi in agendo, et rebus ab eo præclare gestis, exempla peteret aliis hominibus imitanda. — Studium autem nostratis scriptoris, quo vim Gustavi in animos ducendos exponeret, quale quantumque fuerit jam placet exemplo illustrare, quo eluceat ratio scriptoris pragmatica! — In comitiis igitur Vadstenensibus 1523 congregati fuerunt Ordines Regni, ut, victoria triumphantes, libertate externa reportata, de rebus regni firmandis stabiliendisque consilia jam caperent, et Præsidio quodam politico res Sueciæ emendatas ac novatas, munirent, et turbata civitate disponenda, Suecorum conditionem civilem *rationis*

quodam principio bene instituerent. Quod vero ut prospere succederet, auxilio opus fuit Sueciæ, quo existentiam politicam tueretur; regni autem reditus, quales hoc tempore a Gustavo extricati erant, auxilium ejusmodi suppeditare non potuerunt; expendebantur enim marchæ 68,000 quum tantummodo 24,000 redirent, quibus expensis æs illud Lübeciæ debitum pariandum et stipendium copiis Germ. numerandum accesserunt. — Hoc factum est, ut Ordines regni, teste Tegelio, censerent *tributum quoddam argenteum* universo regno esse imponendum, ad quod subsidium extraordinarium ab omnibus exigendum *necessitate* sunt coacti. — Quæ ut ita sint, Celsius tamen pag. 182 hæc adfert: "*At visa Ko-*
"*nungen deras tjenstvillighet och kärlek,* påtogo sig äf-
"ven de förmögnaste af Ständerna, et sammanskott af
"Sölfver til myntets förbättrande." — Ita eloquentiam Gustavi ipsum Lübeciæ a. 1519 e servitute eripuisse, et Senatum Lübeciensem ad opem ipsi ferendam movisse, Celsius pag. 59 affirmat, cum Tegelius contra hæc aperte sit elocutus: "*Doch hadhe thesse skääl föge*
"*gullet,* hvar then öffverste Borgemesteren *Niclas Bröms,*
"icke hadhe på vättwijsans wägne, taget Konung Gu-
"staff i försvar, och hans K. M. hulpet oförmärcht med
"ett Skep ther ifrå Lybeck, hijt heem till Sverige igen. — Juvenis ille inermis, omni præsidio carens, in hac urbe mercenaria, equidem miror, num tantam vim habuerit in animos Senatorum commovendos, quorum plerique quidem commodis mercatorum faverent, quibus pecunia nihil esset sanctius vel antiquius. Lübeciensem societatem parvi æstimasse consilia illa, quæ magno

animo nascuntur, et rationem lucrandi vere secutam esse, mercatores hujus urbis brevi docuerunt. — Celsius, cum hoc tantum sibi proposuisset, ut vitam Gustavi et mores, quibus summum atque elegantissimum magni animi clarique hominis exemplum proponeret, pulcherrimoque penicillo pingeret, tantum otii, ut res singulares explorare posset, non sibi sumsit. — Ei enim pietate quadam in genere persuasum fuit de veritate narrationum, quas citavit, quamvis leviora quædam passim animadvertenda observaret circa res ab antecedentibus historiæ scriptoribus, perverse, ipso judice, commemoratas. In hoc igitur scriptore nullum apparet acrius judicium, aut studium, res diligentius disquirendi; tantum enim abest, ut auctores (inter se) comparet, ut quæ ab ipso sunt relata, quamvis eosdem scriptores sit secutus, conferre negligat; quæ est caussa, cur alii loci historiæ ejus aliis repugnent. In his ea habere licet et brevissime referre, quæ, pag. 10:a cum pag. 14:a comparata, de Gustavo Trolle matreque hujus referuntur; loco enim prius citato, matrem Gustavi Trolle *Ingeborg* aqua suffocatam vitam amisisse, dum adhuc infans ille esset, Celsius, collectionibus Palmschœldianis edoctus, pagina vero 14:ma maritum Birg. Trolle ab uxore Ingeborg incitatum, vim quandam exseruisse in Procuratorem regni 1512 eligendum, auctore Joh. Magno, commemorat. —

Convenientia nominum nonnumquam Celsium fraudat; quod ut probemus, exempla hujus rei afferre licet. Pag. 223 hist. Cels. dicit fortissimum illum et audacissimum *Arvid Gustafsson Westgöthe* a ruricolis, in tumultu Smo-

landico, sagitta perforatum, vitam amisisse. — Accuratius autem examinatis rebus, quas Tegel ipse narravit, collatisque iis querendi caussis, quas legati Sveciæ in Danos Elfsburgo 1554 transtulerunt, facile intelligitur hunc Arvidem Westgöthe, a Smolandis interfectum, genere nobilitatis non inclaruisse, quo contra ut Celsius p. 1. pag. 104 ipse affirmat, ortus erat Arvides ille Gustavi. Quam rem Tegelius referens Arvidi tantummodo "virtutem aulicam" verbis illis adjunxit "*en duglig Hofman*," quæ quidem verba non nisi ad milites hujus temporis mercenarios [1]), a nobilitate regni eo separatos, quod Ordo ille equestris, equites instruerēt atque armaret, transferri possunt. — Magis autem perspicuum hoc in historia Tegelii eo apparet, quod enumeratis singulis, qui interfecti erant *nobilibus*, in aulicos necatos Arv:m Westgöthe referat. — Res præcipuas huic trucidationi adjunctas Tegelius his verbis exposuit: "Droge så sedhan til Woxtorp ther Niels Lar-"son Häreds Fougten ther sammastädz bodde, fångade "honom, sambt medh Arfvedt Westgöte een dugeligh "Hoffman." — — "*Sedhan ginghe thè til een Adels-"mans*, Gudmundh Slattes Gårdh Grässkääl," quibus intelligitur Arv. Westg. hoc loco commemoratum a Teg. inter *Nobiles* non fuisse nnmeratum ea præcipua caussa, quam his verbis subjunxit: "Sedhan ginghe the til "een *Adelsmans* Gårdh;" qua in re hoc etiam observandum est, quod Oelandiæ præfectus atque Castello

---

[1]) "*Hoffolket* var den tidens namn på reguliert krigsfolk;" Gejer p. 2. pag. 100.

Borgholm nuper designatus, in hoc loco, ut opinor, domicilium ille haberet. — Narratio illa si cum iis rebus comparatur, de quibus querebantur Sveci ad Danos de pace ineunda legati 1554, quodcumque dubium vel obscurum videatur eo erit perspicuum, quod hoc in loco Nobiles trucidati et spoliati a reliquis civibus ita distinguuntur, ut dubitari non possit, quin Arv. Westg., de quo disputatur, *Miles quodammodo Mercenarius,* non *Nobilis* ille præfectus Oelandiæ Arv. Gust. fuerit, cujus persona neque a Tegel. aut ordinibus regni propter magnam dignitatem atque gloriam muneris, quo functus ille erat, e serie narrationis potuisset dirimi, neque nomen inclytissimum oblivione totum obscurari. In caussis querendi potissimis a Tegel. pag. 292 expositis his præcipue verbis usi sunt: "Och medh thet samme droge "the åth Möre hijt in i Sverige, och ynkeligen mörde "och ihjälsloge två aff Kon. M.ts til Sverige Befalnings-"män sjelf ottende, then eena var een *frijboren Man,* "benembd Nils Torsson, och *then andra kallades Arffedt* "*Westgöthe.* Andre dagen ther effter sloge the een frij-"boren Man jämmerligen ihjäl på sin Sotesengh, benembd "Gudmund Slatte."

Omnis nobilitas Sveciæ divisa fuit in "*Friborna*" et "*Frälse;*" ad illos referri solebant, qui ordine nobilitatis orti erant (Börds-Adlen); ad hos vero, qui armatura equitis jus nobilitatis comparaverant. (Tjenst-Adlen.

Stirpem illam reg. Austriæ pag. 187 p. II. errore quodam Celsius transfert in familiam Burgundiæ, quum

tempore ante hoc, de quo quæritur, longe remoto exstincta hæc esset.

Sven Elfson in Isala — integer ille fidelisque Regius Venator — Celsii quodam errore haud excusando appellatur *Sven Nilsson.*

Inter Regni procuratores etiam pag. 125 p. 1 numeratur *Folke den Unge* et *Kettil Nilsson,* quorum ille, ut opinor, nomine mutato idem est, ac *Folkungen Knut Johansson,* qui procurator Regni constitutus est Anno 1229, hic vero *Kettil Carlsson Wase. Nils Christerson Wase* diem obiit supremum 1464, nulla sui prole relicta, qua caussa nullus filius fuit ei superstes; Fatri autem *Carl Christerson* duo fuere filii, quonem nomina sunt pervulgata, alter *Eric Carlsson,* fortissimus ille vir, cujus filia demum fuit Socrus Gustavi 1:mi, alter vero *Kettil Carlsson* Episcopus et a. 1464 Procurator regni electus.

Gymnasia, quæ dicuntur, jam ante imperium Gustavi, aut certe illo regnante, in Svecia floruisse, Celsius pag. 116 p. 11 gravissimo errore impulsus indicare voluit. Primum enim Gustavus Adolphus Germanos Evangelicos imitans Gymnasia instituere coeptus est, quod filia Christina et amicus patris magnus ille A. Oxenstjerna sunt persecuti. "*Prima quoque et antiquissima instituit Gust. Adolphus Gymnasia*" sunt verba Rhyzelii in opere, quod inscribitur *Episcoposc. Sv. Goth.* Scholæ enim, in quibus pueri ætate Gustavi instituebantur, excepta ea, quæ Upsaliæ floruit, viliores illæ atque inferiores erant, quas in templis Cathedralibus Parochiani haberent, institutione plebis ruralis sacerdotibus

seu *Curatis* præterea commissa. His vero in scholis solum preces nonnullas latine compositas explicando et cantu chorali scholares *(djeknarne)* instituti sunt.[1]) Quas scholas Gustavus quidem novabat; tota vero earum institutio non aliter fuit mutata vel emendata, ac lege statuta atque sancita, qua rex, Evangelico quodam habitu iis addito, "*Biblia publice prælegenda atque populo explicanda*" juberet. In Ordin. Ecclesiast. Arosiæ hæc præcipiuntur: "*Scholestugor läse effther "thenna daagh Evangelium iblandh andhra läxor, eff- "ter theet är ju christeliga scolor.*" In decreto concilii Oerebröensis Anno 1529 ulterius hæc fuerunt instituta: "*Och skola bestellat wardha att vidh våra Dom- "kyrkor skall ju åtminstone hollas en Lectio om daghen "i then heeligha skrift medh goodha och rätsinnigha ut- "tydhelse.*" Stjernman: Riksdagbeslut. p. 1 pag. 92. In scholis igitur, quibus Celsius nomen illustre *Gymnasiorum* dedit, plebs illa tantum educabatur, artes vero literarum nullo modo colebantur.

Quæ singula observantes Celsium nec vituperamus, neque ea, quæ manca videantur, vitio ei tribuimus; ætatis enim indoli, quæ pragmaticæ methodo favens, hac sola absolvi historiam posse opinata erat, po-

---

[1]) In compendio statutorum provincialium Nicolai Archi Episcopi, dum de scholaribus ceteris nonnulla ordinantur, de plebe membr. IV puncto 131 tantum dicitur: "*Pater Noster, Credo, Ave Maria in linguam maternam translata legantur coram parochianis, ut ea addiscant.*" Fant. Dissert. de Inst. publ. ante tempora Gust. Ad. Upsaliæ 1782 pag. 5 collata cum pag. 9.

tius sunt tribuenda. Neque enim qualis ipse esset, neque vim ætatis suæ intellectualem Celsius dissimulare potuit, qua causa quæ supra sunt observata hoc tantum respiciunt, ut rationem ejus pragmaticam, qua ductus res historiæ critice æstimandi, minus quam formâ certa effingendi sibi existimaret propositum, palam profiteamur. Oratio igitur profluens, expedita atque numerosa præcipue in eo ita est laudanda, ut ab exteris haud facile ea laus minuatur[1]) et nostrates vix habeant, quod ei addatur[2]); nec vero parvi æstimari potest amor ille ardens, quo regem descriptum atque studium historiæ est complexus, nec vis illa mira atque rara, qua res atque personas ad captum populi accommodate et quasi vivis coloribus exposuit, cum tamen in annalibus, quorum e fonte Celsius tantum hausit, facies earum quasi gelu sit constricta. Quibus allatis causa apparet, cur mira illa vis hujus operis lectores non modo in Svecia sed Germania et Gallia tam vehementer moveret atque secum raperet, ut in has linguas illud transverteretur, brevi-

---

[1]) Et fra Fordragets og Behandlingens side saa berömmeligt Arbeide, som Gustav I:s Hist. af Celsius, söge vi forgieves i vor Litteratur fra Christian VItes period. Nordisk Historiographi af Molbech pag. 467.

[2]) Fallor vero, an unica tantum adhuc apud nos lucem viderit historia, *quæ cum exterorum optimis* stili elegantia dicendorumque delectu potuerit comparari, Regis videlicet Gustavi I:mi, a juniore Celsio edita "dicit Fant in diss. "*Brevis Conspect. Histor. Svec.*" Upsal. 1796. In "*Memoria Celsii*" concinne eloquitur ille doctissimus Norberg: "Hæc enim imago sic eminet et exstat, ut expeditum non sit dicere, plus virtutis habuerit, qui meruit, an ingenii, qui posuit."

que in Svecia ter ederetur; cujus operis laudi, ut aliquid ipsi tribuamus, verba illa regia, si regia quid valeant, affere juvat ex oratione, quam Gustavus III in Academia Svecana inauguranda 1786 fecit: "*Gustaf Ericssons häfdatecknare har, i en tid, då Historien var förvandlad till Krönikor, med ett manligt skrifsätt upptecknat Gustaf Ericssons förtjenster.*"

Error typographicus:

Pag. 10:a lin. 4 declinationem — l. *delectationem.*

Quæ leviora sint corrigenda, ea rerum justus æstimator facile dum videt ipse emendet!

I forgot
sit this

LIBRARY OF CONGRESS
0 019 416 537 7